

Panor. super Prima Secundi Decr.

possit petitorum copia haberi qui possint esse arbitri, & tamen ille casus non est in iure expressus, & omnino in similibus assumuntur arbitri, vt l. non possunt. ff. de legib. & l. fin. de consti. pe. & c. cum dilecta. de cōfirma. vt. vel inur. & c. tñs lato. de cōsti. Et ex prædictis possunt elici multe conclusiones. Prima est, quāquā delegatus principis post suspensionis causam coram eo legitime propositā, nequeat citra partium cōsensum cām sibi delegatā alteri demandare, Ordinarius pōt, debet tamē cām cōmittere personē neutri parti suspectā. Ordinarius recusatus, etiam partiū non requisito cōsensu, cām non suspecto cōmittere pōt, licet super recusatione probata fuerit pronunciatum: secus tamen in delegato, qui supra scripto casu iurisdictionē, & partium intercedente cōsensu, demandare nō potest. Papa, vel alius princeps, superiorem nō recognoscēs, pretextu suspensionis recusari non pōt. Idem in cōcilio generali: secus in provinciali, vel alio inferiori. Ex quo infero corollarium, Papā posse cognoscere de causa propria, etiam si criminaliter agatur, nec ab alio inuitus iudicari valeat: nisi agatur de hæresi vera, non præsumpta. Licet in articulo recusationis propositæ contra episc. assumēdi sint arbitri, fm iuris formam: secus tamē in ipsius officialis recusatione, episc. in loco notabiliter remoto non existente. Suspensionis causa contra episcopi delegatum opposita, coram ipso episc. & non coram eius vicario est probanda, nisi episc. in remotis existat. Et cum hoc infero corollarium. Gū in recusatione delegati inferioris à Principe, assumptioni arbitratorum locus regulariter non existit, in recusatione proposita coram vno in pluribus delegatis, arbitri nō assumuntur, sed coram collega est probanda, si illo remoto ad eos deuoluitur iurisdictionē, & per hoc fit expedita prima glo. cum sua materia. Expediendo consequenter secūdam glo. Quæro, supra est conclusum, episc. recusatum alteri, partibus inuitis, causam principalem cōmittere: qd si cōtingat à tali deleg. subrogato in locū recusati appell. ad quē appellabit. Gl. ponit duas opi. tertio opp. & nō soluit. Primo dicit gl. appellari ad Papā, quia ad ordinariū recusatum, obstante suspiciōne, appellandum nō est, nec ad Metropolitanum, quia omissio medio appellare non licet, de app. c. dilecti. Secūdo dicit gl. satis æque appellandum ad episcopum recusatum, non vt ipse de per se de causa cognoscat, sed alteri personē non suspectā cōmittat. Tertio opponit de c. placuit. 2. q. 6. vbi non appellatur de iudicibus datis in locum episc. ad episc. sed ad cōciliū. & ad hoc contrarium, glo. non responderet. Vinc. Host. & Spec. in tit. de app. in §. nunc tractemus, in fi. r. col. videntur dicere, ad Archiepisc. appellādū, quia cū episcopus recusatus sit, remotum est medium, & sic nō obstat. ca. dilecti, alleg. per doc. de offi. dele. lib. 6. & idem Tanc. & Phil. qui dicunt appellādum ad superiorem, non ad episc. qui eum delegauit. Et idē videtur sentire hic Io. And. qui redarguit glo. quē dicit, ad episcopum appellari, vt cōmittat, quia posset committere magis suspecto quā primo, & non liceret tertio appellare. Item si cōmitteret duobus, qui ferrent contrarias sententias, in optione episc. esset alteram probare, de re iud. c. fin. ex quo magnum præiudiciū generatur ipsi recusato. Alii, vt vltromontani, (vt refert Io. de Lig.) distinguunt, qd aut recusato ordinario pronunciat super recusatione, quia ex hoc finita est iurisdictionē, & non poterit amplius ad eū appellari, sed ad superiorem, quia non facit gradum, vt in c. iudex. de offi. dele. lib. 6. si non est pronunciatum, sed proposita recusatione statim delegauit, quia adhuc remanet iudex saltem vt deleget, poterit appellari. Hæc opin. non placet Io. de Lig. quia licet pronunciatio super recusatione extinguat in delegato ipso iure iurisdictionem, non tamen in ordinario, imo ipsa vt firma remanet post pronunciationem. Item satis pronunciare videtur, ex quo delegat propter recusationem, quia tacite dicere se videtur respectum. Remanet ergo Ioan. de Lig. cum glo. quia quamuis ordinarius recusetur, nō desinit esse iudex. Opi. vltromontana placet d. Ant. & dicit eam sibi placuisse, licet vltromontanos non vidisset. Et ad motiua Io. de Lig. sic respondet, qd licet pronunciatio iurisdictionem ordinariū nō extinguat, illam tamen inutilem reddit quo ad illum articulum. Vnde fit inutilis quo ad cognitionem, & quo ad factū delegandum, & illa inutilis non facit gradum. Sed quando nondum pronunciauit, sed proposita recusatione delegauit, nondum detecta est inutilitas iurisdictionis, quia ad

huc remanet iudex iurisdictionis, appellare ergo ad eum debet. Forte. n. nunc volet discutere, an sit suspectus, quod ante non voluit, sed incontinenti delegationis actum eligi: ideo pp hoc, quia dubium saltem est, an sit competens iudex, & debeat adiri. Nec obstat. scdm eum, quia delegando tacite vñ pronunciare se fore suspectum, quia hoc est falsum, potuit enim hoc velle cōmittere, litem execrans super hoc, an sit suspectus. Do. Card. sequitur conclusionem Io. de Lig. quia post pronunciatam recusationē potest cōmittere. Et hanc opinionem, qd ad delegantē sit appellandum, arbitror absolute fore verā per ea, quæ super glo. plene dixi. Nam sicut respectu commissionis fieda in prima instantia, non euaneſcit iurisdictionē recusati, adeo qd eo prætermisso nequeat partes adire superiorem, vt hic aperte probatur, & in multis aliis inductis super 1. glo. modo dicunt ipsum non posse dimittere in causa appellationis. Nam sicut actor habens Ordinarium legitime suspectum ipsum adit, non vt ipse de per se cognoscat, sed causam deleget: ita & appellans debet ad eum appellare, non vt cognoscat, sed vt appellationis causam alteri deleget. Sicut enim non iudicatur suspectus in committendo causam in prima instantia, ita nō debet iudicari suspectus in cōmissione causæ appellationis. Et per hoc non violat litera, quæ habet, a delegato appellari ad ipsum delegantem, vt in c. super questionum. de offi. dele. quæ aperte violatur, tenendo contrariam sententiam. Et pro hac opin. facit iste tex. in eo, quod recusatur delegatus subrogatus in locum recusati, aditur ipse episcopus recusatus & non superior, & si ille est legitime suspectus deputet aliū. Multo fortius si appellatur a tali delegato debet appellari ad ipsum delegantē, cum hoc casu agatur de iniquitate iudicis delegati, vel quia forte malitiose episcopus eum deputauit, & nihilominus admittitur. Vnde alium deputet. Et appellatio & recusatio in multis æquiparantur, vt in c. super eo. infra de app. Item facit iste tex. ex alio, in eo videlicet, qd deputet delegatum ad compellendum partes, vt eligant sibi iudicem, cuius sententiam executioni mādēt, & sic vbicumque cessat suspiciō, debet ipse adiri vt alium de putet. Ad c. placuit, de quo glo. opposuit, potest responderi dupliciter. Primo, qd illi non erant delegati episcopi, sed à iure dati in locum episcopi. Vel secundo, & melius, ibi adeunt vicini episcopi per viam appellationis, quia forte non erat ibi Metropolitanus, vt ibi dicit gl. vnde ab ipsis non appellat ad episcopum, quia ipsius superiores sunt quo ad articulum appellationis. Et pro hoc facit pars illius cap. ibi. De iud. iurorum episcoporum questi iunct. &c.) Et sic non loquitur in causa recusationis. Non obstat. ibi ex eo, qd requirit cōsensum episcopi in electione aliorū episcoporum, quia supplendum est, maxime, vt ibi supplet glo. Vel forte requiritur ibi cōsensus episcopi, quia ibi non sunt proprie iudices appellationis, vnde voluit Papa, qd in defectum Metropolitanum assumerentur vicini, de partium cōsensu. Ex prædictis facilius pōt responderi ad motiua in contrarium formata. Et primo, ad opin. Host. & sequacium, qd medium hic sit sublatum per recusationē, quia vt hic patet, & in c. ad hæc. & in c. cum speciali. de appell. non est sublatum recusatus, nisi quo ad cognoscendum, nō quo ad facultatem cōmittēdi ex generali & ordinaria potestate, alias iurisdictione, quam habet: vnde sicut in instantia principali habet potestatem committendi, & facit medium in iur. præall. & in l. Prætor. ff. de iurif. om. iud. & aliis pluribus deductis supra super glo. & sic instantia appellationis, & multo fortius cum ipse cām delegauit vt succedat. Allegat regulam disponentem, qd appellandum est ad delegantem. Et per hoc responsum est ad c. si is cui. qd subdelegatus erat mortuus, vel excōcatus, ideo ex toto medium erat sublatum, in c. pia. de excep. lib. 6. quia delegatio est in iurisdictione, vt l. 3. ff. de iurif. om. iudi. quod non potest facere excōcatus, vt in c. ad probandum. de re iud. cum tales actus legitimi sint ipsis interdicti, d. c. pia, in c. si a subdelegato. dicebatur iurisdictionem subdelegari expressisse per mortem primi delegantis: vnde non debebat ad eum appellare, nec vt cognosceret, nec vt cōmitteret. Sed secus in casu nostro, cum tñ sit exclusus respectu cognoscendi. Non ob. motiua Io. And. dum dicit, qd postmodum posset cōmittere magis suspecto, qd primo, & non liceret tertio appellare, vt in ca. sua. de appell. & C. ne licet tertio appellare, vt in rubro & nigro. Aut enim intelligit, qd non